

Quartus Philosophorum

pus scdm gregoriū de arimino est instans ergo motus fit in instanti. Item tunc in eodem tpe nō essent plura instantia sed vnum tm̄ qz instans est totū vñū tempus. Item res permanens incipit esse per primum instans sui esse vt a multis dicitur queritur ergo quid est primum instans esse forte dicitis qd secundum rei veritatem est aliquod paruum tempus ante quod res non fuit. Contra sequeretur qd ens successuum haberet primum instans sui esse quia est dabile aliquod paruum tempus in quo ens successuum est. z ante quod non fuit z sic non aliter exponerentur propōnes de incipit in rebus successiuis z in rebus permanentibus. Item tunc semper res permanens haberet vltimū instans sui esse quia datur aliquid quod paruum tempus in quo for. est post quod non erit forte dicitis quod post illud erit quia erit in medietate posteriori illius temporis hoc nichil est dicere quia pars non sequitur totum.

Contra hec arguitur quia vel instans est vnum z idem in toto tempore vel non si primum. Contra tempus se habet sicut linea sed in linea sunt duo pūcta ergo in tempore non est semper idem instans.

Fortē negas maiorem quia punctum lineae potest accipi vt principium vnius z finis alterius.

Contra sic etiam instans quod est finis temporis pcedentis est initium temporis futuri. Item tūc adam z abraham fuissent in eodem instanti z per cōsequens fuissent simul quia fuit idem instans per totum tempus. Item tunc adam incepisset z desisset in eodem instanti quod implicat contra dictionem vt patet per exponentes. Item tunc duo contradictoria fuissent vera in eodem instanti adam est z adā non est quia quelibet illarū fuit vera in aliquo instanti ergo si in toto tempore non sit nisi vnum instans sequitur quod ille fuerunt vere in eodem instanti.

Fortē dicitis ille fuerunt vere secundum rem sed dicitur secundum rationem hoc est contra **S. T. in 4. dist. 11. q. 1. ar. 2. q. 2. ad. 2.** quia inquit contradictoria secundum rem est impossibile esse simul: simul autē secundum rem maxime sunt que sunt in eodem instanti secundum rem vnde impossibile est duo contradictoria esse in eodem instanti secundum rem quantumcumqz sit differens ratione. Item tunc instans non esset instans dicitur enim instans quasi non stans secundum grammaticos modo si maneret vnum z idē in toto tempore tunc esset stans z permanens z per consequens non esset instans. Item mutatum est seipsum motus non est vnum z idem ergo neque instans in tempore. Item instans non est diuisibile secundum durationem ergo non manet idem in toto tpe quia impossibile est ipsum intelligere nisi vt fluens. **s. t. i. 2. dist. 1. q. 1. ar. 5. ad. 6.**

CSecundo arguitur quod instans maneat idem in toto tempore secundum sen. philosophi expressam. **T. L. 103.** Item instans est numerus eius quod fertur secundum qd fertur. i. est mensura primi mobilis qd manet idem in toto tempore ergo etiam instans manet idem in toto tempore. Item secundum phm̄ sicut se habet mobile ad motū ita instans ad tempus s3 mobile est idem per totum motum ergo instans est idem per totum tempus. Item instans nūq̄ corrumpitur ergo semper manet. An̄s p3 qz vel corrumpitur in instanti qd ē ipsummet vel in alio ē corruptum si primum ergo simul est z non ē quia corruptum ē in seipso ergo non ē. Si dicatur qd corruptum ē in in-

stanti pcedenti. Contra non fuit i instante pcedente ergo non fuit corruptū i instante pcedente. Si dicatur qd corrūpetur z erit corruptum in instanti sequenti mediato sc3 qz non datur instans immediatus instanti sequitur qd istud instans erit cu3 aliquo alio instanti qd pcedet predictum instans mediatum.

Tertio at̄ probando qd nunc non ē numerus eius qd fertur scdm qd fertur omnis numerus ē diuisibilis nunc ē indiuisibile ergo. Item illud qd fertur siue mobile ē quantum z diuisibile ergo ipsum nunc indiuisibile non ē numerus vel mensura eius. Item mobile per suum motum tpe mensuratur s3 nūc nō ē tempus nec pars tps ergo nō mensuratur ipso nūc. Item mensurat rei tpsalis ē quantitas sed nunc non ē quantitas continua nec discreta ergo nec nunc ē mensura mobilis. vel eius qd fertur scdm qd fertur.

Quarto motus mensuratur tpe ergo nō econtra p̄na tenet qz tunc idē esset prius z posterius notius z ignotius cum mensurans debeat esse prius z notius mensurato. Item ratio mensure q̄titati p̄gruit z sic sibi soli conuenit sed motus non est quantitas ergo non pōt mensurare tēpus. Item tempus ē mensura motus sed mensura non ē mensura. alias esset procedere in infinitum ergo tempus non mensuratur motu. Si enim motus esset mensura ergo ē q̄titas qz mensurare ē propria rō q̄titatis.

Quinto vel nunc manens ē subā ipsius mobilis z hoc nō quia subā mobilis non cōtinuat partes tēporis vel ē indiuisibile de genere quantitatis forte dicitis qd nunc fluens ē tota subā tps. Contra nunc fluens scdm suā subām est indiuisibile ergo non est quantitas z per p̄ns non est tempus. Item si nunc fluens siue instans esset tēpus ergo tēpus componeretur ex instantibus z per cōsequens ex indiuisibilibus. Si dicatur qd ipsum nunc nō est pars tps nec tempus. queritur ergo vel est quantitas vel qualitas non secundum ergo primum.

Sexto arguitur qd in stās non causat tempus vt dicit philo z. f. t. lec. 18. qz cā z effectus sunt simul s3 instans z tempus non sunt simul quia tempus ē stōm̄ sibile non autē instans. si em̄ instans diuidit̄ vel diuiditur per instantia vel per tpa. sed nullum pōt dici. Item tempus non componitur ex instantibus sicut nec linea ex punctis ergo instans non est pars tēporis ergo nullomō ē causa eius. forte dicitis qd instans per suū fluxum est pars tps. contra ille fluxus ē motus quicquid motus non ē fluxus instantis ergo fluxus instantis nō causat tempus.

Septimo at̄ qd tempus componitur ex indiuisibilibus siue ex instantibus qz tps ē nūer. nūerat⁹ sed oē nūeratū ē ex indiuisibilibus forte dicitis qd pars tēporis nūerata adhuc ē diuisibilis. Contra vel ē diuisibilis in partes finitas vel infinitas si secundum. Contra nullum infinitum est numerabile sed omnes partes tps sūt nūerabiles forte dicitis qd est aliquod tempus qd non est numerabile qz ph̄s dicit qd nō omne tempus est finitum alias mundus aliquā deficeret. vñ tempus eternū non pōt nūerari qz est infinitum. Contra scdm phm̄ tps est numerus numeratus: ergo omne tempus ē numerabile. s3 oē numerabile ē finitum ex 3. phi. ergo oē tēpus est finitum forte dicitis qd est aliqua pars tps insensibilis que nō pōt numerari p̄tra illa pars est tempus ergo est numerus nūeratus ergo pōt numerari a nobis z per cōsequens sentiri.